UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In librum X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70288

Visual Library

ſaltem δαιμόνια.

Pauca ſecus.) *ἢ δηλίαν, lego ἢ δὴ λίαν. Sunt autẽ paßim per multa, in quibus ariolo magis quàm interprete opus ſit.*

5 Nã rebus.) *Promiſcuè et mutilatè huc poëtica quædã ſunt congeſta: partim infrà lib.* XI. *repetita.*

6 Platonica ego.) Ex *apologia Socratis hæc ſunt.*

7 Credens ijs qui dicunt.) *καὶ γυναιξὶν, in* Græco. *Sanè* Hector Homericus *Iliad. ζ. ſuam vxorem hac ipſa ratione conſolatur, verſu* 487. *& eſt minimè muliebris hæc ſententia, apud* Poëtas *paſſim inculcata.*

8 Eſt aliquis te peritior.) *Adnotatum eſt hoc loco à librario, nõ eſſe hîc nouæ initium tractationis: ſed cohærere cum his quæ ante ea quæ ex* Platone *ſunt huc tranſlata, præcedebant. Sed quia illa ipſa erant mutila, id quidem non video quale ſit. καββάλιον luctatorem dici puto, παρὰ τὸ καταβάλλειν, deijcere.*

9 Omnis animus, inquit ille.) *Nimirum* Plato *in* Protagora.

10 Salaminium.) *Leonem nomine, quem ad cædẽ ab eo duci Critias tyrannus volebat. vide* Apo*logiam Socratis apud* Platonem, *&* Diogenẽ Laërtium *in vita* Socratis.

In librum X.

1 Peſtis, bellum.) *Pro peſtis, in* Græco *eſt λοι-*

μος, mimus·quod non quadrare puto. ſunt autem pleraq; lacera.

2 Expetit quidem.) Alludit aduerſus Euripideos, quorum mẽtio eſt etiam apud Ariſtotelem initio octaui Moralium ad Nicomachum. Sunt autem, ſi quis dextrè accipiat, quod hîc ſit, præclari. Refert integros Athenæus libro δειπνοσοφ. XIII.

In librum XI.

1 Simplici obſtinatione.) ψιλὴν παράταξιν ita verti, neq; tamen intelligo, cur hoc vel ſic Chriſtianis voluiſſet impingere crimen Antoninus, iam prouecta ætate. qui quid aliâs de ijs ſcripſerit, non eſt ignotum. Sed iſta aliò pertinent.

2 Oportet igitur.) Diuinare ſum conatus. quòd ſi ſententia hæc fuit Antonini, certè eſt aurea, ijs in rebus adhibita, in quibus pietas ſinit.

3 Inſidiæ tectæ.) Σκάλμη. Mihi ſubit ſuſpicari, σκαλμὴ legendum, ſchlimm. nam & Plutarch. obliquam & diſtortam viam σκαλμὴν ὁδὸν alicubi vocat. λυκοφιλίαι quid ſint, explicare adhuc non ſatis poſſum.

ANNOTATIONVM
FINIS.

RERVM